

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Seubert, Karl August]: De factorum effectibus serio esse cogitandum
Oratione ostendit, 24 Juni 1797

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De

factorem effectibus serio ipse cogitandum.

Oratione opendit

Carolus Augustus Suerber., Med. Stud.

Die xxiv. Junii

MDCCLXXXVII.

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely Latin or German, covering the majority of the page.]

[Faint handwritten text visible on the right edge of the page, including words like:]
 Horia
 ne ab ita
 re, salu
 fra nat
 Nam o
 Corp
 qua re
 rum, q
 gram, q
 multa
 tentis
 lium n
 creator,

Director excellentissime!
Socii honoratissimi!

Humanam neque felicitas neque infelicitas plane ab illis ipsis pendet. Innumerae quippe res, extra nos positae, quas mutare et ad nosstra nullo modo compere posse volumus, ad illam conferunt maximig, sunt momenti.

Corpus, quod a natura accipimus, educatio, qua in teneris paucitiae annis fruimur, aliorum, quibuscum vivimus consuetudo, negotiorum, quibus fungimur genus et ejusmodi multa felicitatem nostram modo augent promoventq, modo imminuunt. Exquis mortaliū negabit, a summo se pendere mundi creatore, qui magnaq, parvaq, omnipotens regit

et pro infinita sua sapientia vitam et
 mortem, gaudium calamitatemque hominibus
 distribuit? — Ut tamen nos semper primi
 ac praecipui felicitatis miseriam curamus
 auctores, ipsique, bonum aut malum eligendo
 ac faciendo fortunam nobis paravimus. Quae-
 rissimum enim nostris cum factis salutem fe-
 licitatemque concessit benignissimum et
 sapientissimum Numen, ac proprio sic
 permisit arbitrio propriisque tradidit mani-
 bus. Quae diligentius factorum nostrorum
 observamus effectus, quo accuratius ad id
 vitam accommodamus, eo facilius et plu-
 rima ac durissima evitabimus mala, verisque
 bonis fruamur. Satis jam ex hoc elucet,

utilissimum esse et quovis homine valde
dignam, de factis factorumq; eventibus serio
cogitare; quare et ego arduam hanc mate-
riam tractare nequaquam dubito. De arcto
itaque factorum eventuumq; nexu pauca restat,
Director gravissime, 'Socii conditoratissimi'
verba faciam, ac deinde de praeceptis, quos
tuum memores semper esse quare, in agendo
sequi debemus, pauca proferre reperiar.

I.

Nullum unquam factum effectus fructusq;
non proferre, nostram aliorumq; observantis
vitam haud difficile intelligimus. Conjuncta
omnia esse et vario modo inter se connexa ani-
madvertimus, causas ubiq; causarumq; vide-

mus effectus. Ita et vestra esse habent facta:
 effectus sunt, quos externae intervenire ge-
 nuerunt causae, rursusq; nobis et aliis ho-
 minibus variam agendi praebent occasio-
 nem. Nec hoc de iis solum hominum factis
 vult, quae magnam sui movent admirati-
 onem maximiq; in republica sunt innotuiti;
 non heroicis modo fortia gesta, non horrida
 solum expugnatorum aut tyrannorum sa-
 cinora non sanctam probi et turpem scelesti
 vitam sed et exiguas quas quotidie fere com-
 mittimus actiones effectus sequuntur. Bona
 efficit virtus etsi lateat, vitiaq; quamvis
 occultent sese perniciosam atq; damnosam parant.
 Ad universum omnia pertinent et innume-

ras alius excitant actiones. Privatus aeq,
 ac princeps quin humillimus quisq, suo loco
 agit, munere quodam fungitur hominibusq,
 circumdatur, quorum animas exemplo, verbis
 factisq, regit ac moeret, sicq, bonum malumve
 eligendo ac patrando sibi aliisq, immo uni-
 versae humanae societati aut felicitatem
 aut damnum potest afferre. Quia et par-
 tum ac exiguum factum, magni nonnunquam
 ac incogniti sequuntur eventus. Omissum
 saepius officium aeq, periculosum est ac ma-
 nifestum scelus. Tacet forsae qui oppressi
 probi ac innocentis causam agere debebat,
 videtur tacendo probare injusticiam et
 innumeri sic mali ac perniciosissimorum

errorum sit auctor. Quanta jam, ut Plau-
 ti verbis utar, quanta jam e quantillis sunt
 facta!! Nonne hujusmodi exemplis omnium
 aetatum abundat historia? nonne ab exi-
 quis factis, quae nullius fere videbantur mo-
 menti maximas res esse res satis docet? -
 Nec vero solum nullum humanum ac-
 tum effectus non profert, istiq; quoq; facto-
 rum effectus in infinitum plerumq; porci-
 gunt, et per omne tempus felicitatem
 aut promovent aut diminuunt; nos saltem,
 quando sint cessaturi plane ignoramus.
 Effectus, nonnunquam inscis nobis ac insis-
 tis gignunt facta, quae obliu jam sumus, aut
 quorum nulla amplius superesse vestigia cre-

dimus, effectus gignunt proferuntq; licet et res
 mutata plane cogitandi et agendi ratione pri-
 stinâq; conditione relicta in alium transgressi-
 simus statum. In infinitum sic bonum, quod
 fecimus multiplicatur. Bona cogitata, quae
 in alio excitavimus, proba consilia, qui-
 bus ejus imbuimus animum, praecelara deniq;
 facta quae patrandi aliis praebuimus occa-
 sionem, magnum post temporis spatium in-
 numeris annis praeterlapsis similia acere
 cogitata, similia profere possunt ~~pro~~ consilia
 atq; facta, quae et tunc adhuc utilitatem hu-
 manae societati possunt afferre, quum mor-
 tem jam pridem obierimus. Gaudium atq;
 solatium, quo nunc alios homines laetifica-

mus multa forsitan adhuc post saecula
 tristis oppressosq; eriget ac recreabit, licet
 fontem, ex quo emanavit bonum ignoret se-
 ra posteritas. Sed et pravus ac improbis prae-
 ceptis quae incaute verbis factisq; a nobis
 sunt divulgata innumeri alii depravati,
 innocentes multi corrumpi possunt, et malo
 exemplo a virtutis veritatisq; via seduci.
 Bona sic atq; ac mala nostra facta sequun-
 tur effectus, qui, latius semper arripentes,
 in infinitum mox porrigunt.
 Accessit nunc ad haec observationes, quae
 satis jam arctum factorum eventuumq; ne-
 cessum monstrant, accessit alia veritas gravis
 utiq; et ardua, quae docet: Rarissime ac
difficillime effectus, qui et proba et improba

nostra sequuntur facta plane posse deleri.
 Possumus quidem ac debemus quodammodo
 diminuire perniciosos actorum effectus, nun-
 quam vero funditus tollere ac sanare vulnus,
 quod humani generis felicitati infliximus
 licet. Omittendo bonum, quod debibamus
 efficere, negligendo officium impositum, nobis
 aliisq; nocemus damnunq; inferimus, quod
 ne intentis quidem omnibus corporis animiq;
 viribus omnino compensare valeamus. Frustra
 plerunq; exstirpando malo, quod serimus im-
 pendamus operam. Obtretrat quis — licet
 mihi vulgari hoc uti exemplo — obtretrat
 quis innocentem, probig; suspectam reddidit vir-
 tutem, postea forsaa, quum paniteat cum
 facti delendae suspicioni dat operam, nun-

quam vero lacram falsis suis sermonibus
 famam poterit redintegrare. Quin ne ipso
 animum corrigendo tristia malefactorum
 delebimus vestigia; manebit semper in
 nobis ipsis imperfectio quaedam atq; in-
 firmitas, magnaq; extra nos miseriae ac
 mali materia. Sed et bonum semen, quod
 proba et benigna sparsimus manu crescit,
 progerminat et inscius nobis atq; iuranti-
 bus otius serius uberimos facit fructus.
 Ita varie ita arde ac indissolubile no-
 stris cum factis conjunctos videmus effec-
 tus, illaq; et salutis et miseriae esse cau-
 sas monemur. Quod si haec experientia
 nos docet, si docet, quodvis humanum
 factum sequi effectus, malos vitium, bo-

nosq; virtutem profere fructus, nosq; factu-
rum vestigia nullo modo posse delere, nonne
prudentiali maxime consentaneum nonne com-
mune omnium et sanctum est officium, scio
nostris de factis cogitare, et qualis prolatura
sint effectus diligenter animo perpendere? Si-
ceat mihi nunc praeceptorum, quae per om-
nem vitam sequi, quorumq; acturi praeser-
tim memores esse debemus, licet mihi
horum nonnulla in altera orationis parte
proponere.

II.

Nullum factum, quamvis leve videatur ac
exiguum perinde valere et nullius esse mo-
menti nobis persuadimus. Recorremus

in memoriam semper istam veritatem:
 quodvis cogitatum, quodvis factum sequi
 effectus, quodvis verbum, quamlibet respi-
 ditate vel in intus precordiis nascentem
 felicitatem nostram aut promovere
 aut minuire. Nonne salutar hoc pre-
 ceptum negligendo ipsi nobis magnam tristi-
 tiam nobis seramq, paramus pœnitentiam?
 Nonne multi unico verbo, quod temere elo-
 quebantur discrimen suae sorti attulerunt,
 et secundam ipsi destituerunt fortunam?
Factum si commissuri sumus non modo
quid in praesenti temporis momento sit con-
sideremus, sed futuram rei eventum pro-
spiciamus; non proximos modo sed et reuo-

Los sacerdotum affectus spectemus ac mente
nobiscum perpendamus, ratio ac prudentia
 insuet hortaturq;. Magnam sane si hoc sequi-
 mur praeceptum magnum affert commodum
 et in durissimis vitae conditionibus solatio no-
 bis erit. Si frustra officio satisfacere, frustra
 bona patrasse ac virtutem coluisse credimus,
 ista magno opere animum exigent cogitata: Bo-
 num semen, quod sparsimus, etsi proculcatum
 nunc videatur ac perditum aliquando ter-
 men esse progerminaturum dulcesq; et saluta-
 res prolaturum fructus. Si ritū illicebis blan-
 disq; eorum vocibus tentamur iuvicti certi
 stamus, si ardui huius praecepti sumus
 memores, si cogitamus non singulis diebus

singulis annis hominem vivere sed aeter-
 nitati. Breve et imperfectum gaudium,
 quod vitium pravæque cupiditatis præbere
 possunt cum vera ista, quam sola virtus
 nobis parat voluptati componentis, bonum
 semper ac justum eligamus et faciamus. —
 Hæc itaque in agendo sequamur præcepta,
 et de acta factorum cum effectibus conjunc-
 tione seris cogitemus. Sic anxie sollicitudi-
 nis atque ac temerariae levitatis vitium evitan-
 tes, ratione, egregio isto summi Creatoris dono
 dignos nos reddamus, vere sapientes vitam
 degamus, ac nunquam penitentiam sentia-
 mus excruciatos.